



## EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES 2019

BRANCHE	SECTIONS	ÉPREUVE ÉCRITE
<b>Latin</b>	<b>A, B, C, D, E, F, G</b>	<i>Durée de l'épreuve : 2 heures</i> <i>Date de l'épreuve : 6 juin 2019</i>

### ❖ Texte connu (30pts) : Tacite, *Annales*, XIII, 16

Mos habebatur principum liberos cum ceteris idem aetatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum aut utriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc ac praecalida et libata gustu potio traditur Britannico ; dein, postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum, quod ita cunctos ejus artus pervasit ut vox pariter et spiritus raperentur. Trepidatur a circumsedentibus ; diffugiunt imprudentes ; at quibus altior intellectus resistunt defixi et Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis et nescio similis, solitum ita ait per comitialem morbum, quo prima ad infantia afflictaretur Britannicus, et reddituros paulatim visus sensusque. (112 mots)

### ❖ Texte inconnu (30pts) : Sénèque, *De la constance du sage*, VIII, 1-2

#### **Le sage, intouchable et divin ?**

Praeterea justitia nihil injustum pati potest, quia non coeunt<sup>1</sup> contraria<sup>º</sup>; injuria autem non potest fieri nisi injuste : ergo sapienti injuria non potest fieri. Nec est quod mireris si nemo illi potest injuriam facere : ne prodesse quidem quisquam potest. Et sapienti nihil deest quod accipere possit loco<sup>2</sup> muneric, et malus nihil potest dignum tribuere sapiente : habere enim prius debet quam dare ; nihil autem habet quod ad se transferri<sup>3</sup> sapiens gavisurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti aut prodesse, quoniam divina nec juvari desiderant nec laedi possunt, sapiens autem vicinus proximusque diis consistit, excepta mortalitate<sup>º</sup> similis deo. Ad illa nitens<sup>4</sup> pergensque<sup>5</sup> excelsa<sup>6</sup>, [...] intrepida<sup>7</sup>, [...] secura, benigna, bono publico nata, et sibi et aliis salutaria<sup>8</sup>, nihil humile concupiscet<sup>9</sup>, nihil flebit. (120 mots)

<sup>1</sup> **coeo,-is,-ire,-ii, coitum** : former un tout, s'associer, faire alliance

<sup>2</sup> **loco** : (ici) en guise de, comme, en tant que

<sup>3</sup> **transfero,-fers,-ferre,-tuli,-latum** : (ici) s'approprier, s'attribuer

<sup>4</sup> **nitor,-eris, niti, nixus ou nisus sum** : s'efforcer d'atteindre, tendre vers

<sup>5</sup> **pergo,-is,-ere, perrexii, perrectum** : briguer, aspirer à

<sup>6</sup> **excelsus,-a,-um** : élevé, haut, noble

<sup>7</sup> **intrepidus,-a,-um** : courageux, serein

<sup>8</sup> **salutaris,-e** : saluaire, favorable, avantageux

<sup>9</sup> **concupisco,-is,-ere, -ivi ou -ii, concupitum** : convoiter, obtenir ardemment